VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG

Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

magnitudine. ligna et lapides preparaui
ad uniuersa impendia. Habes quoque pluri
mos artifices. latomos. et cementarios
artifices quoque lignorum. et omnium artium ad
faciendum opus prudentissimos in auro
et argento. ere et ferro. cuius non est numerus.
Surge igitur et fac. et erit dominus tecum. Precepit
quoque cunctis principibus israel. ut adiuua
rent salomonem filium suum. Cernitis
inquit. quod dominus deus uester uobiscum sit. et dede
rit uobis requiem per circuitum. et tradiderit
omnes inimicos uestros in manu uestra. et subiec
ta sit terra coram domino et coram populo eius.
Prebete igitur corda uestra et animas uestras. ut quera
tis dominum deum. et consurgite et edificate sanc
tuarium domino deo. ut introducatur archa fe
deris domini. et uasa domino consecrata in domum
XXIII. que edificabitur nomini domini. Igitur dauid senex
et plenus dierum regem constituit salomo
nem filium suum super israel. et congregauit
omnes principes israel. et sacerdotes. atque leuitas.
numeratique sunt leuite a triginta annis et
supra. et inuenti sunt triginta octo milia ui
rorum. ex his electi et distributi in ministerium
domus domini uiginti quatuor milia. prepositorum
autem et iudicum sex milia. ianitores. et
totidem psaltria. canentes domino in organis
que fecerat dauid ad canendum. et distribuit
eos dauid per uices filiorum leui. Gersom ui
delicet. et caath. et merari. gerson lechdan.
et semei. Filii lechdan principes gethel. et
lecham. et iohel. tres. Isti principes fami
liarum lechdan. Porro filii semei ieeth.
et ziza. et iaus. et banam. Isti filii semei
quatuor. Erat autem ieeth prior. et ziza
secundus. Porro iaus et bana habuerunt plu
rimos filios. et idcirco in una familia. u
naque domo computati sunt. Filii caath.
amram. et ysayr. ebron. et oziel. quatuor.
Filii amram aaron et moyses. Separatusque
est aaron. ut ministraret in sancta sanctorum ipse
et filii eius in sempiternum. et adoleret incensum
domino secundum ritum suum. ac benediceret nomini eius
in perpetuum. Moysi quoque hominis dei filii
annumerati sunt in tribu leui. Filii moysi
gersom et eliezer. Filii gersom subuel
primus. Fuerunt autem filii eliezer
roobia primus. et non erant eliezer alii filii.
Porro filii roobia multiplicati sunt nimis.
Filii ysaar salomith primus. Filii hebron
ieriau primus. amarias secundus. iezihel tertius.
iecmaan quartus. Filii iezihel micha primus.
iesia secundus. Filii merari mooli et musi. Filii
mooli eliezer et cis. Mortuus est autem
eliezer. et non habuit filios. sed filias. Ac
ceperuntque eas filii cis fratres earum. Filii
musi mooli. et eder. et ierimoth. tres. Hii
filii leui in cognacionibus et familiis suis.
principes per uices et numerum capitum singu
lorum qui faciebant opera ministerii domus
domini a uiginti annis et supra. Dixit enim da
uid. Requiem dabit dominus deus israel populo
suo. et habitacionem in ierusalem usque in eternum.
nec erit officii leuitarum. ut ultra portent
tabernaculum. et omnia uasa eius ad ministrandum
dum. Iuxta precepta quoque dauid nouissima sub
putabitur numerus filiorum leui. a uiginti an
nis et supra. et erunt sub manu aaron in cultu
domus domini in uestibulis. et in exedris. et in loco
purificacionis. et in sanctuario. et in uniuersis
operibus ministerii templi domini. Sacerdotes
autem super panes propositionis. et ad simile
sacrificium. et ad lagana azima. et sarta
ginem. et ad feruentem similam. et super omne
pondus atque mensuram. Leuite uero ut stent
mane ad confitendum domino. et canendum. si
militerque ad uesperam. tam in oblacione ho
locaustorum domini quam in sabbatis. et kalen
dis. et sollempnitatibus reliquis. iuxta numerum
et cerimonias uniuscuiusque rei iugiter coram
domino. et custodiant obseruacionem filiorum
aaron fratrum suorum. ut ministrarent in domo
domini. Porro filiis aaron hee porciones e XXIIII.
runt. Filii aaron nadap et abiu et eleazar
et ythamar. Mortui sunt autem nadap et abiu
ante patrem suum absque liberis. sacerdotioque

filii semei salomith. et oziel et aram tres.